

Siquis autem id attemptare pre-
sumpserit, ultra hoc, quod queque
contraria exnunc^l ipso facto cense-
mus inania, nostram et sacri
Romani Imperii indignacionem ac
penam pro motu nostri culminis
infigendam cognoscat^q se graviter
incurrisse. Presencium sub nostre
maiestatis sigillo testimonio litte-
rarum.

sub pena quinquaginta marcarum
puri auri, qui contrafecerit^m,
tociesⁿ quociensⁿ contrafactum^o
fuerit, irremissibiliter exigi volu-
mus et earum medietatem^p nostri
imperialis erarii sive fisci, resi-
duam vero partem iniuriam passo-
rum usibus applicari.

I

Datum Moguncie anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo
quarto, indiccione septima, nonas ianuarii, regnorum nostrorum anno
octavo.

II

|| Signum serenissimi principis et dom^rini domini Karoli quarti Roma-
norum imperatoris invictissimi et gloriosissimi Boemie regis ||.

Testes huius rei sunt venerabiles Arnestus Pragen(sis) archiepiscopus,
Joh(anne)s Olumocen(sis), Joh(anne)s Luthomuslen(sis) sacre imperialis
aule cancellarius et Theodricus Minden(sis) ecclesiarum episcopi, illu-
stres Rudolfus Saxonie, Bolko Opulien(sis), Przemislaus Thessinen(sis)
duces, principes, spectabiles Burghardus burggravius Magdeburgen(sis)
magister nostre curie, Henricus de Montfort comites, nobiles Sbinco de
Hasemburg, Jesko de Wilhartitz et alii quamplures nostri principes,
nobiles et fideles. Presencium sub imperialis maiestatis nostre sigillo
testimonio l(itte)rarum.

Datum Prage anno millesimo trecentesimo quinquagesimo nono,
indiccione duodecima, III idus octobr(is), regnorum nostrorum anno
quartodecimo, imperii vero quinto.

III

|| Signum serenissimi principis et domini domini Karoli quarti
Romanorum imperatoris^s invictissimi et gloriosissimi Bohemie regis ||.

l) so A, A₁.

m) contra fecerit C, C₁.

n) tociens quociens C, C₁.

o) contra factum C, C₁.

p) dimidietatem C, C₁.

q) cognoscat A, A₁.

r) *Ende des Monogramms B*

s) imperatore C, C₁.